Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in die qua invocaverimus te v
Exaudiat te dns in die tribulacōis
Domine in virtute tua ps
Letabit rex et sup salutare
tuum exultabit vehementer Desi
derium cordis eius tribuisti ei
et voluntate labiorum eius non
fraudisti eum Quōniam prevenisti
eum in benedictionibus dulcedi
nis posuisti in capite eius co
ronam de lapide pretioso Vitam
petit a te et tribuisti ei longitu
dinem dierum in seculum et in seculum seculi
Magna est gloria eius in sa
lutari tuo gloriam et magnum de
corem impones super eum Quōniam
dabis eum in benedictionem in seculum
seculi letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo Quōniam rex sperat in
dno et in misericordia altissimi non com
movebitur Inveniat manus tua
omnes inimicos tuos dextera tua
inveniat omnes qui te oderunt Po
nes eos ut clibanum ignis in tempo
ris tui dns in ira sua conturbabit eos et devorabit eos ignis
Eructuavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi
lingua mea calamus scribe velocis sum
Speciosus forma prae filiis hominum Diffusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternum
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime
Specie tua et decore tuo intende prospere procede et regna
Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabilia dextera tua
Sagittae tuae acutae potentissime populi sub te cadent in corda inimicorum regis
Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui
Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie
Omnes aromata tua myrra et gutta et casia a domibus eburneis quibus delectaverunt te filie regum
Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate
Audi filia et vide et inclina aurem tuam et oblivisci populum tuum et domum patris tui
Quia concupivit rex speciem tuam quia ipse est dns tuus et adorabunt eum filie tyri in munere vultum tuum deprecabuntur divites populi
Omnis gloria eius filie regis ab intrinseco in fimbriis aureis circumdabitur varietatibus
Adducentur regi virgines post eam proximae eius adducentur tibi in letitia et exultatione adducentur in templum regis
Pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos principes super omnem terram
Memores erunt nominis tui in omni memoria seculorum
Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum seculi
Deus noster refugium et virtus adiutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis
Propterea non timebimus dum turbabitur terra et transferentur montes in cor maris
Sonuerunt et turbatae sunt aquae eius commoti montes in fortitudine eius
Fluminis impetus laetificat civitatem dei sanctificavit tabernacula sua altissimus
Deus in medio eius non commovebitur adiuvabit eum deus mane diluculo
Commotae sunt gentes inclinatae sunt regna dedit vocem suam mota est terra
Dns virtutum nobiscum suscipiens nos deus iacob
Venite videte opera domini quae posuit prodigia super terram
Auferens bella usque ad finem terrae arcum conterens et confringens arma et scutum comburens igni
Vacate et videte quia ego sum deus exaltabor in gentibus exaltabor in terra
Dns virtutum nobiscum suscipiens nos deus iacob
Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis
Quoniam dns altissimus terribilis rex magnus super omnem terram
Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris
Elegit nobis hereditatem suam speciem iacob quam dilexit
Ascendit deus in iubilatione dns in voce tubae
Psallite deo nostro psallite psallite regi nostro psallite
Quoniam rex omnis terae deus psallite sapienter
Regnavit deus super gentes deus sedet super sedem sanctam suam
Principes populorum congregati sunt cum deo abraham quia dei fortes terae
Vehementer elevatus est